ita uero suis quisque numerus proprietatibus terminatur. ut
nullus eorum par esse cuicumq; alteri possit. ergo & dispares
inter se atq; diuersi sunt & singuli quiq; finiti sunt. & omnes infini
ti sunt.

DOMINO SUO PATRICIO SYMMACHO BOETIUS

ita recte
In dandis accipiendisq; muneribus officia inter eos precipue qui se
se magnifaciunt aestimantur. si liquido constabit. nec ab hoc aliud
quod liberalius afferret inuentum. nec ab illo umquam quod iocun
dius beniuolentia conplecteretur acceptum. haec ipse considerans.
attuli non ignaua opum pondera. quibus ad facinus nihil instruc
tius est. cum habendi sitis incanduit. ad meritum nihil uilius.
cū ea sibi uictor animus calcata subiecit. sed ea quae ex grecarum
opulentia litterarum in romanae orationis thesaurum sumpta con
ueximus. ita enim mei quoq; operis mihi ratio constabit. si quae ex sa
pientiae doctrinis elicui. sapientissimi iudicio conprobentur. uides
igitur ut tam magni laboris effectus tuum tantum spectet examen.
Nec in aures prodire publicas. nisi docte sententiae adstipulatione
nitatur; In quo nihil mirum uideri debet. cum id opus quod sapi
entiae inuenta persequitur. Non auctoris. sed alieno incumbit
arbitrio. suis quippe instrumentis respirationis expenditur. cum
iudicium cogitur subire prudentis. sed huic munusculo non eadem
quae ceteris inminent artibus munimenta constitui. Neq; enim fere
ulla sic cunctis absoluta partibus. Nullius indiga suis tantum est (margin: t Indigua)
scientia nixa praesidiis. ut non ceterarū quoq; artium adiumen
ta desideret. Nam in effigiendis marmore statuis. alius exciden
de molis labor est. alia formande imaginis ratio. Nec eiusdem
artificis manus polit operis nitor expectat. At picturae manib;
tabula commissa. fabrorum cure rustica obseruatione decerp
te colorum fuci mercatorum sollertia perquisiti lintea operosis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1341/0018